

EXPLICATION DES PLANCHES

PLANCHE I (LXII). — A. *Geaster limbatu*s Fr. — B. *Geaster lugeniformis* Vittad. — C. *Geaster Schaefferi* Vittad. — D 1. *Geaster vittatus* Kalchbr. — 2. Superf. exte. d'une lacinie. — E. *Geaster hygrometricus* Pers. — F. *Geaster unicus* Vittad. : section vertic. — G. *Geaster minimus* Fr. — H. *Geaster succatus* Fr. — I. *Geaster rufescens* Pers. — L. *Geaster Spejazzinianus* n. sp. — M. *Geaster vulgaris* Vittad. : section vertic. — N. *Geaster Michelianus* Sm. — O. *Geaster lugubris* Kalchbr. — P. *Geaster duplicatus* Chev.

PLANCHE II (LXIII). — A. *Geaster coliformis* Pers. — B. *Geaster fornicatus* Fr. — C. *Geaster tripter* Janch. — D. *Geaster Bryantii* Berk. — E. *Geaster umbilicatus* Fr. — F 1. *Geaster striatulus* Kalchbr. — F 2. Section vertic. — G. *Geaster striatus* De Cand. — H. *Geaster minimus* Schwein. — I. *Geaster marginatus* Vittad. — L. *Geaster mirabilis* Mont. — M. *Geaster Schmideli* Vittad. — N 1. *Geaster elegans* Vittad. — N 2. Section verticale. — O 1 *Geaster floriformis* Vittad. — O 2 Section verticale. — P. *Geaster fimbriatus* Fries. — Q. *Geaster Drummondii* Berk.

Revisio Lichenum Féeanorum

(Suite et Fin.)

35. LECANORA DESQUAMESCENS Fée Suppl. p. 111, a et Nyl. Lich. exot. Peruv. p. 215 ad *Lecideam leucoxantham* recte relata, hodie sub *Heterothecio leucoxantho* salutatur.

36. LECANORA SULPHUREO-FUSCA Fée Ess. p. 116, t. 28, f. 7 (non Suppl. p. 112, t. 42, f. 36); Nyl. Lich. exot. Peruv. p. 220. A me antea (L. B. n° 942) ob indicationem Nylanderianam affinitatis cum *Lecanora sulfureo-rufa* (Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 30) ad genus *Patellarium* erronee relata fuit: est enim, ex autopsia, margine optime thallino praedita et generi *Lecaniae* adscribenda, ubi sectionem distinctam *Pachylecaniam*, apothecii demum amplis, margine crasso involuto cinetis et sporis bilocularibus magnis circumscriptam constituit: sit ergo *Lecania* (s. *Pachylecania*) *sulphureo-fusca* Müll. Arg. — Iconi bonae addere liceat: epithecium fulvum v. fulvo-fuscidulum; lamina et hypothecium hyalina; paraphyses capillares, facile liberae; sporae in ascis solitariae, elongatae-ellipsoideae, utrinque late obtusae, medio vix constrictae, hyalinae, circ. 90 μ longae et 30 μ latae.

36* LECANORA FEEANA Müll. Arg.; *Lecanora sulphureo-fusca* Fée Suppl. p. 112, t. 42, f. 36, non Ess. Verae *L. sulphureo-fuscae* Fée Ess. p. 116, t. 28, fr. 7 (ubi sporae in ascis solitariae, magnae, 2-loculares) sat similis est, sed apothecia tenuiter marginata et sporae simplices, in ascis 8-nae, ellipsoideae, 12-13 μ longae, 7-8 μ latae.

37. LECANORA RUSSULA Fée Ess. t. 28, f. 8, ubi icon, cum characteribus (ex Acharii Syn. p. 40, desumptis), in Ess. p. 116 expositis non convenit: planta Féeana eadem est ac *Lecanora Féeana* Müll. Arg. (n° 36*). In lib. Féeano caeterum sub *L. russula* varia occurrunt, ex gr. *Lecanora caesio-rubella* Ach. et *Lecania punicea* Müll. Arg.

38. LECANORA SUBFUSCA Ach. v. HORIZA Fée Ess. p. 117, t. 25, f. 5. — et Suppl. p. 113 (non Ach.), est vera *L. subfusca* v. *atlophana* Ach. Lich. Univ., p. 305 (thallo valide granuloso). — *L. subfusca* v. *argentata* Fée Ess. p. 117, t. 25, f. 4 et Suppl., p. 113, t. 42, f. 33, saltem pro parte, est *L. subfusca* v. *glabrata* Ach. Lich. Univ., p. 303, sed in altero specimine Féeano variae formae

et plantae alienae commixtae sunt. — *L. subfusca* v. *pulverulenta* Fée l. e. inter specimina non vidi. — Quod dein in Suppl., p. 113, sub *Lecanora subfusca* v. *horiza** forma *portentosa variolina* Fée enumeratur omnino res aliena est et ad *Pertusariam velatum* Nyl. Scand., p. 179 (hinc inde fertilem, disco demum rosello, ascis monosporis) referendum est.

39. LECANORA BYSSIPLACA Fée Ess. Suppl., p. 113, t. 37, f. 10 (ubi ascus erronee 13-sporus delineatus), est compositum. Adsunt : 1° *Lecanora caesio-rubella* Ach. Lich. Univ., p. 366, vetusta, apotheciis pruina carneo-albida fere-omnino destitutis, attamen in icone l. e. nimis rubris, imo coccineis delineatis, olim a cl. Nyl. Lich. Exot. Peruv. p. 219, ad formam *Lecanorae subfuscae*, et dein in Prodr. Nov. Gran., p. 544, ad *Lecanoram albellam* v. *chlaronam* relata.; 2° *Coenogonium rigidulum* Müll. Arg. L. B., n° 517, in Diag. Féeana pro thalli elementis habitum.

40. LECANORA LEPROSA Fée Ess., p. 118, t. 25, f. 6, Suppl. p. 114, t. 42, f. 40, est omnino *Lecanora subfusca* v. *cinereo-carnea* Tuck. Cub., n° 118, e. Syn. Eschw. et Müll. Arg. Revis. Lich. Eschw., n° 33, quae in calidioribus utriusque hemisphaerii vulgatissima.

41. LECANORA DOMINGENSIS Fée Ess., p. 118, t. 28, f. 2, Suppl., p. 114, t. 42, f. 41, est *Patellaria domingensis* Pers. v. *inexplicata* (Nyl.) Müll. Arg. L. B., n° 1030, at speciminulum cinchoniacolum, in opere citato haud citatum ad *Lecideam Piperis* v. *circumtinctam* Nyl. in Prodr. Nov. Gran., p. 55, pertinet.

42-45. LECANORA PERSONII Fée Ess., p. 119, t. 29, f. 5, Suppl., p. 115, t. 42, f. 43, nec non *Lecanora coccinea* Fée Ess. p. 120, t. 27, f. 7, Suppl., p. 116, t. 42, f. 44, quibuscum convenit *Haematomma Babingtonii* Mass. Lich. Nov. Zel., t. 2, a vulgatissima *Lecania punicea* Müll. Arg. L. B., n° 430, s. *Lecanora punicea* Ach. Lich. Univ., p. 395 et Fée Ess., p. 119, t. 29, f. 7, Suppl., p. 115, nullo modo separandae nec quidem sub varietatis titulo servandae sunt. Nihil enim nisi statum juniorem speciei referunt. Varietates 4 dein *Lecanorae puniceae* operis Féeani, in Supplemento, p. 115, editae, nullo pacto circumscribendae, saepe in eodem specimine disticte inter se transeuntes, conjunctim cum specie servandae sunt. Denique etiam specificae hujus loci est *Lecanora rufidula* Fée Suppl., p. 116, t. 42, f. 45, sed varietatem subdinetam tantum constituit, et eadem est ac *Lecania punicea* v. *rufo-pallens* Müll. Arg. s. *Lecanora punicea* v. *rufo-pallens* Nyl. in Prodr. Nov. Gran., p. 546. Haec sicca et madefacta colorem disci plus minusve fulvum offert, nec coccineum, et prima fronte bene speciem propriam simulat, at transitus adsunt et planta certe conspecifica est.

46. LECANORA PALLIDIPLAVA Fée Ess., p. 118, t. 29, f. 2, Suppl., p. 116, t. 42, f. 46; jam a cl. Nyl. Lich. exot. Peruv., p. 220, rete ad *Lecanoram caesio-rubellam* Ach. Lich. Univ., p. 366, relata fuit, sed auctor etiam *L. subfuscam* v. *cinereo-carneam* Tuck. cum ea commisit, qualem olim in hb. Krplb. vidi. — Species Acharii in operibus Féeanis ter sub novis nominibus descripta et iconibus illustrata fuit.

47. LECANORA FARINACEA Fée Ess., p. 117, t. 29, f. 6, Suppl., p. 117, t. 42, f. 47, est normalis et bene evoluta *Lecanora caesio-rubella* Ach. Lich. Univ., p. 366, ut jam antea monuit cl. Nyl. in suis Lich. exot. Peruv., p. 220.

48. LECANORA UNULATA Fée ad *Graphidea*s pertinet.

49. LECANORA DUPLICATA Fée, Suppl., p. 117, t. 42, f. 49, et *Lecidea duplicata* Fée Ess., p. 111, t. 27, f. 5, est normalis *Lecanora pallescens* Fr. Lich. eur., p. 132. Specimina vetusta, forte valde lavata aut cocta, laminae structuram longe clarius quam vulgo demonstrant, vix granulosa aut quasi cerino aut resinoso-obscuratam. Paraphyses peculiariter flaccidae, subtremulae, haud strictae, simplices et parce ramosae, subintricatae, non autem ut olim dixi connexae et dein translatio *Olvolechia* ad *Pertusariam* revocari debet, et similiter *Pertusaria parvula* et *P. antarctica* Müll. Arg. nominanda sunt *Lecanora parvula* et *Lecanora antarctica*. — Sporae in speciminibus Féeanis in ascis ludunt 2-6-nae, et longitudine 55-65 μ , latitudine 25-30 μ , aequant.

XXVI. PARMELIA, p. 117.

1. PARMELIA PERFORATA Fée Ess. p. 121, t. 32, f. 3 (ciliis a pictore neglectis); Suppl., p. 118, t. 42, f. 1, est *Parmelia corrugis* Müll. Arg., sc. *Cetraria corrugis* El. Fries Syst. Orb. Veget. p. 233, s. *Parmelia hypotropa* Nyl. Syn., p. 378.

2. PARMELIA APPENDICULATA Fée Ess. Suppl. p. 118, t. 38, f. 3, et t. 42, f. 2, praesertim apotheciis margine parce corniculato-ciliatis distincta est. Facies infera nuda et sporae magnae ut in *P. latissima* Fée. A cel. Nyl. Syn., p. 381, haec species rarissima borbonica iterum tractata est.

3. PARMELIA PERLATA v. CINCHONARUM Fée Suppl., p. 119; *P. perlata* Fée Ess., p. 121, pr. p. Inter specim. typ. Féeana hoc sub nomine commixtum occurrunt *P. latissima* Fée, *P. proboscidea* Tayl., *P. perlata* Ach. et *P. corrugis* f. *sorediata*, s. *P. hypotropa* f. *sorediata* Müll. Arg. in Flora 1877 L. B., n° 44, et *P. perforata* Ach., fere omnia sterilia et mutilata.

4. PARMELIA LATISSIMA Fée Suppl., p. 119, t. 38, f. 4, et t. 42, f. 4 est planta hoc sub nomine hodie bene nota. Specimina Féeana offerunt statum illum qui a el. Krempelh. sub *P. latissima* v. *subrugata* salutatus fuit et qui nil est nisi evolutio plenior speciminum vetustiorum: in hac proposita varietate enim etiam adsunt apothecia evidenter juniora extus laevia.

5. PARMELIA CRISTULATA Fée Suppl., p. 120, non est planta Acharii; quod inter specimina typica Féeana hoc sub nomine video est specimen sterile valde mutilatum et pro parte tritum *Parmeliae cetratae* Ach.

6. PARMELIA CRENLATA Hook. — Fée Ess., p. 122, t. 31, f. 3, Suppl., p. 120, e structura sporarum et forma apotheciorum est *Ricasolia crenulata* Nyl. Syn. p. 372.

7. PARMELIA TILIACEA Fée Suppl. p. 120, t. 42, f. 7, in cortice *Angusturae falsae* est *Parmelia tiliacea* v. *scortea* Nyl. Scand. p. 99, in cortice *Aicornoque* est *P. tiliacea* v. *sulphureosa* Tuck. North Americ. Lich. p. 57, et dein sub tertio specimine adest species nova *Parmelia subcoronata* Müll. Arg., quae forma et colore accurate thallum adpressum *P. tiliaceae* Ach. et non minus accurate apothecia et sporas exiguas circ. 5 μ . longas late ellipoides v. subglobosas *P. relicinae* Fr. Orb. Veg. p. 283 offert et juxta longe tenuiorem et magis dissimilem *P. coronatam* Fée inserenda est. Sporae in ascis 8-nae sunt, et valde exiguae ut in flavicante *P. relicina*.

8. PARMELIA PULVINATA Fée Ess. p. 123, t. 32, f. 1 et Suppl. p. 121, t. 42, f. 8 jam a cl. Nyl. Syn. p. 385 ad *Parmeliam cervicornem* Tuck. relata, strato crasso rhizinoso insignis est. — Nomen Féeanum, plantae omnino contrarium, bene rejectum fuit, at de identitate cum *Parmelia Curaccensi* Tayl. hucusque non certus sum.

9. PARMELIA POPYRINA Fée Suppl. p. 121, t. 38, f. 1 et t. 42, f. 9, a cl. Nyl. (Lich. Exot. Peruv. p. 215) quoad iconem optime ad *P. sinuosam* Ach. Syn. p. 207 relata fuit, attamen descriptio e colore thalli partim alibi spectat. In specimine typico, sporis destituto, a pictore non repraesentato, video *Parmeliam liliaceam* v. *sublaevigatam* Nyl. Syn. p. 383. In diagnosi margo tumidulus dicitur pro involuto.

10. PARMELIA GLANDULIFERA Fée Ess. p. 123, t. 31, f. 11, Suppl. p. 121 t. 42, fig. 10, e specim. typicis Féeanis ab ejusdem *Parmelia coronata*, l. c. t. 31, f. 2. non distinguenda est. Color partium paullo obscurior, sed transitus adsunt et specimina etiam hoc unico caractere longe minus differunt quam icones citatae.

11. PARMELIA CORONATA Fée Ess. p. 123, t. 31, f. 2, Suppl. p. 121, t. 42, f. 11. (non Krphl. Lich. Warm. n° 34); *P. relicina* v. *coronata* Nyl. Syn. p. 386, a *P. relicina* Fr. differt thallo albedo v. fuscescenti-albedo v. glauco, nec autem distincte flavicante. Est planta tenuisecta, gracilis, quasi forma tenella *P. sinuosae*, sed apothecia circa discum valide nigro-coronata sunt ut in *P. relicina* Fr.

12. PARMELIA FLABELLATA Fée Suppl. p. 122, t. 38, f. 2 et t. 42, f. 12, a cl. Nyl. (Lich. exot. Peruv. p. 216) ad *Physciam speciosam*, et dein (Syn. p. 417) accuratius ad *Ph. speciosam* v. *hypoleucam* Nyl. relata fuit, et cum hac vulgatissima normali omnino convenit. — In hb. dein admixtam vidi *P. speciosam* v. *ungustilobam* Müll. Arg. L. B. n° 417.

13. PARMELIA PARASITICA Fée Ess. p. 124, t. 31, f. 4 et Suppl. p. 122, quae a cl. Nyl. in Lich. exot. Peruv. p. 216 et etiam in Syn. p. 404 erronee ad *Parmeliam colpodem* Ach. relata fuit, ad *Parmeliam taeniata* Nyl. Syn. p. 405 referenda est. Nomen Féeanum prioritatem gaudens rejiciendum et Nylanderianum servandum est, in planta enim nihil parasitici adest (cl. Fée thallum in strato crasso rhizinoso pro Corniculariis habito parasitatem credidit).

14. PARMELIA COMPACTA Fée Ess. p. 124 et Suppl. p. 122, est *Physcia speciosa* Nyl. ex ipso in Lich. exot. Peruv. p. 216.

15. PARMELIA ALBA Fée Ess. p. 125, t. 30, f. 4, et Suppl. p. 122, t. 42, f. 15, a cl. Nyl. Lich. exot. Peruv. p. 216, pro *Physcia stellari* Nyl. declarata, est longe tenuior, ad *Ph. stellarem* v. *angustatum* Nyl. accedens, sed macis adpressa et albor et sporae majores, circ. 24-30 μ . longae et 12-13 μ . latae (in icon. Féeana nimis oblongatae delineatae) sunt; hypothecium hyalinum. Laciniae thalli subtus albae. Hic pertinet *Physcia obsessa* Nyl., saltem pro parte. Sit *Physcia alba* Müll. Arg.

16. PARMELIA MINOR Fée Suppl. p. 122, t. 38, f. 6 (non ejusd. Ess. p. 125, t. 33, f. 3), a cl. Nyl. Lich. exot. Peruv. p. 216 recte ad *Physciam appaulatam* Nyl. l. c. s. *Physciam pictam* Nyl. Syn. p. 430 relata fuit, sed plantae umbrae Féeanae, omnino dissi-

miles, simul ibi citantur. Specimen e Cap Vert revera nil est nisi status juvenilis et sterilis *Physcia pictae* Nyl.

Parmelia minor Fée Ess. p. 125, t. 33, f. 3 (cum *Enterographa quassiaeicola* illustrata) in Syn. p. 428 a cl. Nyl. ad *Physciam adglutinatum* relata, ab hac non nisi in eo differt, quod lacinae thalli discretae et minores. Apothecia caeterum ignota sunt. Sit *Physcia adglutinata* v. *minor* Müll. Arg.

17. PARMELIA FORMOSA Fée Ess. p. 125, t. 30, f. 5, Suppl. p. 123, t. 42, f. 17 e rebus pluribus composita, a cl. Nyl. Lich. exot. Peruv. etiam ad *Physciam stellarum* Nyl. relata, e specim. Féeanis est 1^o *Physcia stellaris* v. *angustata* Nyl. Syn. p. 426, fertilis, 2^o, *Physcia picta* Nyl. Syn. p. 430, fertilis, et 3^o valde juvenilis et sterilis *P. integrata* Nyl. Syn. p. 424.

18. PARMELIA APPLANATA Fée Ess. p. 126, t. 32, f. 2, Suppl. p. 123, t. 42, f. 18, jam a cl. Nyl. Syn. p. 430 ad *Physciam pictam* Nyl. relata, ad hujus f. *sorediatam* Müll. Arg. Lich. Afric. occident. n^o 12 pertinet. — Inter specimina typ. (non ex diagn.) etiam adest genuina typica *Physcia picta* Nyl. Syn., p. 430, at sterilis.

19. PARMELIA ? COCCIFERA Fée Ess. p. 123, t. 30 f. 6, et Suppl. p. 123, est *Parmelia coccinea* Schaer. in Mor. Verz. p. 128, s. *Pyxine coccinea* Montg. et v. d. Bosc Lich. Javan. p. 40, s. *Pyxine coccifera* Nyl. Enum. gén. p. 408. Fragmentulum Féeanum bene cum speciminibus sterilibus javanicis (Zollinger n^o 1318), et fertilibus ceylanicis (Thwaitesii) convenit.

20. PARMELIA HYPOMILTHIA Fée Suppl. p. 123, t. 38, f. 5 et t. 42, f. 20, a cl. Nyl. Syn. p. 377. indicata et dubitanter pro statu spurio *P. caparatae* declarata fuit. Revera *P. caparatae* Ach. affinis videtur, sed planta hodie incomplete cognita est. Character indicatus, sc. thallus intus inferne croceo-ruber, in ipsis speciminibus inconstans est, at planta evidenter a comparata specie recedit laciniis haud late rotundatis, sed minus latis, angulosis et inciso-dentatis. Apothecia satis evoluta in specimine viso desunt.

XXVII CIRCINARIA : p. 124.

1. CIRCINARIA COCOES Fée Ess. p. 127; Suppl. p. 124, t. 42, f. 1, (exclus syn.) jam a cl. Nyl. exot. Peruv. p. 248 recte ad *Coccocarpium molybdacum* Pers. relata, est nunc *Coccocarpia pellita* v. *semiincisa* Müll. Arg. L. B. n^o 421.

2. CIRCINARIA DISSECTA Fée Ess. p. 127, t. 30, f. 2, Suppl. p. 124, t. 42, f. 2, est normalis *Pyxine cocoës* Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 255.

3. CIRCINARIA BERTERIANA Fée Ess. p. 128, t. 30, f. 3; Suppl. p. 124, t. 42, f. 3 (sporae false delin.) est *Pyxine cocoës* v. *endowantha* Müll. Arg. L. B. n^o 415.

XXVIII STICTA : p. 125.

1. STICTA MACROPHYLLA Del. -- Fée Ess. p. 129. (lapsu sub *S. macrocarpa*), t. 33, f. 1 et Suppl. p. 125, t. 43, f. 1; haec gonimigera, est *Stictina macrophylla* Nyl. in Flora 1869 p. 118, f. *badia* (Del.). — Haec e Borbonia, Mauritio et Nova Hollandia nota, etiam ad truncos Cinchonarum peruvianorum in scriptis Féeanis citatur, sed talia specimina non vidi et indicatio Féeana, pro hac et pro aliis speciebus Stictae tantum opinabilis videtur.

2. *STICTA DAMAECORNIS* Ach. — Fée Ess. p. 129, Suppl. p. 125, t. 43, f. 2, quousque ad specimen macrum recognoscenda bene determinata fuit.

3. *STICTA KUNTHII* Hook. — Fée Ess. p. 130, t. 31, f. 5, est *Stictina Kunthii* Nyl. Syn. p. 342.

4. *STICTA CINCHONAE* Del. in litt. — Fée Ess. p. 130, Suppl. p. 126, t. 43, f. 4, est *Stictina quercizans* Nyl. Syn. p. 344; fragmentula adsunt cinchonicola.

4* *STICTA ARGYRACEA* Del. — Fée Suppl. p. 126, t. 43, f. 4* est *Stictina argyracea* Nyl. Syn. p. 334, et simul ejusd. v. *aspera* Müll. Arg. — In sched. Fécana legitur « ad ramos Cinchonarum peruvianarum » sed species caeterum non nisi in orbi antiquo lecta est.

5. *STICTA MOUGEOTIANA* v. *XANTHOLOMA* Fée Suppl. p. 126, t. 43, f. 5, est *Stictina Mougeotiana* Nyl. Syn. p. 340, forma ad margines isidioso-granulosa; non est *Sticta Mougeotiana* v. *xantholoma* Del. — Raro ad corticem Cinchonarum fide sched. Féean.

6. *STICTA AURATA* Ach. — Fée Ess. p. 131, Suppl. p. 126, t. 43, f. 6, bene determinata fuit.

7. *STICTA STRAMINEA* Fée Suppl. p. 126, t. 43, f. 7, jam a cl. Nyl. Lich. exot. Peruv. p. 214 et Syn. p. 370, recte ad *Ricasoliam dissectam* (Ach.) Nyl. l. c. relata fuit.

8. *STICTA BORYANA* Fée Suppl. p. 127, t. 43, f. 8, est *Sticta argyracea* f. *aspera* Krphl. Exot. Flecht. p. 316, inde *Stictina argyracea* v. *aspera* Müll. Arg., laciniis quam in forma genuina speciei angustioribus.

9. *STICTA DISCOLOR* Del.-Fée Suppl. p. 127, t. 43, f. 9, est *Ricasolia discolor* Nyl. Syn. p. 367 (non similis *R. glaberrima* de Not.); in schedula Féeana inscriptum est « ad Cinchonas », sed planta est borbonica et speciminulum omnino conforme est cum quodam Deliseano borbonico herbarii mei, quod olim Fée ad Brebisson misit. — Species nondum pro americana habenda est.

10. *STICTA DISSECTA* Fée Suppl. p. 127, t. 43, f. 10, est *Ricasolia dissecta* v. *minor* Nyl. Syn. p. 371.

11. *STICTA QUERCIZANS* Ach., Fée Suppl. p. 127, est *Stictina quercizans* Nyl. Syn. p. 344.

XXIX. COLLEMA; p. 128.

1. *COLLEMA AZUREUM* Ach. — Fée Ess. p. 131, t. 2, f. 17 et Suppl. p. 128, t. 43, f. 1, ex iconibus et observationibus est vere species notissima hodie sub *Leptogio tremelloide* v. *azureo* Nyl. Syn. p. 125, nota, attamen in collectione typica hoc sub nomine etiam *Synechoblastum aggregatum* Th. M. Fries Aret. p. 280, in Cinchonis crescentem vidi.

2. *COLLEMA MARGINELLUM* Fée Ess. p. 132, Suppl. p. 128, t. 43, f. 2, non Ach., est *Leptogium tremelloides* v. *marginellum* Nyl. Syn. p. 125, pr. p., sc. forma *Leptogii tremelloidis* ubi apothecia omnia v. pro maiore parte in ipso margine loborum thalli inserta sunt. Structura thalli, apothecia et sporae bene quadrant.

3. *COLLEMA BURGESSII* Fée Ess. p. 132, Suppl. p. 128, t. 43, f. 3, (non Ach.), est *Leptogium phyllocarpum* Montg. Syll. p. 379. — In cortice Cinchonae (speciminula valde mutilata, apothecio unico sporigerò normaliter evoluto praedita).

4. COLLEMA DIAPHANUM Fée Ess. p. 132, Suppl. p. 128, t. 43, f. 4, (non Ach.), est *Leptogium tremelloides* v. *azureum* Nyl. Syn. p. 135.

5. COLLEMA SPONGIOSUM Fée Suppl. p. 128, t. 43, f. 5, (non Ach.), est *Leptogium phyllocarpum* v. *daedaleum* Nyl. Syn. p. 130.

6. COLLEMA BULLATUM Fée Suppl. p. 129, t. 43, f. 6 (non Sw.), est *Leptogium tremelloides* Fr. Scan. p. 293, forma quadam causa fortuita olivaceo-nigricans et subfirmior, qualem e variis regionibus coram habeo et quae sensim in formam normalem transit.

XXX. SOLORINA; p. 129.

1. SOLORINA VITELLINA Fée Ess. p. 133 (exclus. ic. errone. cit.), Suppl. p. 103; *Solorina Cinchonarum* Fée Ess. t. 30, f. 1, est *Coccocarpia pellita* v. *smaragdina* Müll. Arg. L. B. n° 421 (at in lib. Féeano etiam specimina *Coccocarpiae aurantiacae* Montg. et v. d. Bosc, subtus palide vestitae, subsumta adsunt).

2 SOLORINA CIRCINARIOIDES Fée Suppl. p. 130; et *Circinaria Erythroxyli* Fée Ess. p. 128, t. 2, f. 14, jam a cl. Nyl. (Lich. Exot. Peruv. p. 218), ad *Coccocarpium molybdaeam* Pers. relata, est *Coccocarpia pellita* v. *parmelioides* Müll. Arg. L. B. n° 421.

XXXI. BORRERA; p. 131.

1. BORRERA LEUCOMELAS Ach., Fée Ess. p. 134; Suppl. p. 131; t. 43, est vera notissima et vulgatissima *Physia leucomelas* Mich. Flor. Bor. Amer. 2, 326; Nyl. Syn. p. 414.

2. BORRERA FURFURACEA Fée Ess. p. 134, Suppl. p. 131; in capsula specim. typ. adsunt 1° vera: *Parmelia furfuracea* Ach. Meth. p. 254 (Evernia furfuracea auct.), speciminulo robustiore (vere americano?) et 2° *Parmelia Kamtschadalis* v. *americana* Nyl. Syn. p. 387 (speciminulo graciliore et irregulariter ramoso, mutilato, ad margines laciniarum tamen hinc inde ciliis mutilatis ornaio).

XXXII. RAMALINA; p. 132.

RAMALINA CUMANENSIS Fée Ess. p. 135, t. 31, f. 6; Suppl. p. 132, t. 43, a cl. Nyl. in sua Recog. Ram. p. 44, ulterius exposita, at infauste pro varietate *R. Temensis* habenda declarata, a qua sporis et apotheciis differt. Apothecia potius illa *R. laevigatae* Fr. (*R. sepiaceae* Nyl. l. c.) simulant. Sporae in specim. Féeano 14-17 μ longae, 5-6 μ latae.

XXXIII. USNEA; p. 132.

1. USNEA FLORIDA v. CINCHONARUM Fée Suppl. p. 133; *Usnea florida* Fée Ess. p. 136, est *U. barbata* v. *Cinchonarum* Müll. Arg. L. B. n° 1065.

2. USNEA BARBATA v. ARTICULATA Fée Ess. p. 136, t. 32, f. 4, et Suppl. p. 133, (non Ach.), est etiam *U. barbata* v. *Cinchonarum* Müll. Arg. L. B. n° 1065.

— — v. DASYPOGA Fée Suppl. p. 133, continet *U. barbata* v. *scabrosam* Müll. Arg. Nov. Gran. 20, et *U. barbata* v. *Cinchonarum* Müll. Arg. l. c.

— — v. LONGISSIMA Fée Suppl. p. 133, est *U. bar-*

bata v. *dasyypoga* Fries Lich. eur. ref. p. 18. Quod dein simpliciter sub *Usnea barbata* inter specim. typica adest, etiam ad *U. barbata* v. *scabrosam* Müll. Arg. pertinet, sed ramuli et ramilli partim tantum soredioso-scabridi sunt.

XXXIV. CORNICULARIA: p. 134.

Cornicularia laevensis Fée Ess. p. 137, Suppl. p. 134, est *Astelia laevensis* Trev. in Flora 1861 p. 5).

XXXV. CAENOGONIUM: p. 134.

Caenogonium Linkii Fée Ess. Suppl. p. 138, est *C. Leprieurii* Nyl. in Ann. Se. nat. ser. 4. v. 16. p. 89, sc. specimina mutilata fere *C. interplexum* et *C. implexum* Nyl. l. c. simulantia.

ISIDIUM; p. 136.

Isidium Cinchonarum Fée Suppl. p. 126, t. 37, f. 11, est thallus tenuiter granulati-isidiosus quem interpretare haud possum.

ADDITIONS

TRICLINIUM CINCHONARUM Fée Ess. p. 148, t. 33, f. 4, ubi Fungis adscriptum, jam in meis Lichenolog. Beitr. sub. n° 982, exposui. Est *Psoroma Cinchonarum* Müll. Arg. l. c.

Lichenes nonnulli Féceni non in corticibus officinalibus crescentes.

Circinaria epiphylla Fée Meth. p. 85, t. 2, f. 12 et Ess. p. G, t. 2, f. 12, sit *Coccocarpia epiphylla* Müll. Arg., thallo tenuissimo distincta, subtus rhizinis brevissimis ob directionem perpendicularem non ultra marginem thalli productis, e subvalino aut virente mox caeruleo-nigricantibus et in fasciculos discretos dense glomerato-approximatis ornata est. Sporae evolutae in specim. non adsunt. — Ab hac diversa est *Coccocarpia epiphylla* Krph. Lich. Becc. p. 13, cujus lacinae cuneatae, supra laete aeruginosae, margine copiose albido-rhizinosae: *Coccocarpia aeruginosa* Müll. Arg.

ERIODERMA POLYCARPUM Fée Ess., p. 146, t. 34, f. 2; species bene illustrata. In coll. typica Fécana tamen sub eodem nomine etiam adsunt specimina ad *E. unguigerum* Nyl. Exot. Bourbon. p. 257, (subtus fasciculis pilorum nigrorum validorum destitutum) pertinentia.

ROCELLA BORYI Fée Ess., p. XCVI et CI, t. 2, f. 25, Suppl., p. 148, est *Rocella tinctoria* DC., Ach., Nyl. — Ins. Bourbon.

Usnea cladocarpa Fée Ess. p. XCVII, t. 3, f. 5, est *Usnea barbata* v. *cladocarpa* Müll. Arg. Lichen. Beitr., n° 1064.

USNEA ARTHROCLADA Fée Ess. p. XCVII, t. 3, f. 4, species distincta, proxima *U. intercatari* Krph., in Müll. Arg. L. B., n° 1062, exposita.

SCYPHOPHORUS GLANDULOSUS Fée Ess., p. XCVIII, et CI, t. 3, f. 11 et Suppl., p. 149, bene convenit cum *Cladonia gracili* Hoffm. D. Fl., p. 119. — Ad Fretum Magellan.

SCYPHOPHORUS DIBYMUS Fée Ess., p. XCVIII et CI, t. 3, f. 13, Suppl., p. 149, est delicatula *Cladonia macilenta* v. *pulchella* (Schwein.) Müll. Arg. L. B., n° 818. — Podetia subnuda, flavescens-pellucens, superne praesertim segregatim corticato-verruculosa, inferne parce squamulosa. — St. Domingo.